Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



venim & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt navim.
& illa nocte nihil prehenderunt. Mane autem iam facto stetit
ihs in litore. non tamen cognoverunt discipuli quia ihs est. Dicit
ergo eis ihs. Pueri numquid pulmentarium habetis. Respon-
derunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram navigii rete. & in-
venietis. Miserunt ergo. & non valebant illud trahere p mul-
titudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihs.
petro. Dns est. Simon ergo petrus cum audisset quia dns est. tu-
nica succinxit se. erat enim nudus & misit se in mare. alii
autem discipuli navigio venerunt. non enim longe erant a ter-
ra. sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete piscium. Ut ergo
descenderunt in terram. viderunt prunas positas. & piscem
suppositum. & panem. Dicit eis ihs. Afferte de piscibus quos pre-
diditis nunc. Ascendit simon petrus. & traxit rete in
terram plenum magnis piscibus. centum quadraginta tribus.
Et cum tanti essent non est scissum rete. Dicit eis ihs. Venite
prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare tu quis
es. scientes quia dns est. Et venit ihs. & accepit panem.
& dat eis. & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est
ihs discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. feria v

In diebus illis. Angelus dni locutus est ad t actuum apsorum
philippum dicens. Surge & vade ad meridianum ad viam
que descendit ab hierusalem in gazam. Hic est deserta. Et sur-
gens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens canda-
cis regine ethiopum. qui erat super omnes gazas eius venerat
adorare in hierusalem. & revertebatur sedens super currum suum legens
ysaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. Accede & ad-
unge te ad currum istum. Accurrens autem philippus au-